



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput X. De acceptæ justificationis incremento.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

nisi cum, qui certo credat se absolutum, & justificatum esse, atque hac sola fide absolutio-  
 nem, & justificationem per-  
 fici: quasi qui hoc non credit, de Dei  
 promissis, deque mortis & resurrectio-  
 nis Christi efficacia dubitet. Nam si-  
 cut nemo pius de Dei misericordia, de  
 Christi merito, deque Sacramentorum  
 virtute, & efficacia dubitare debet, sic  
 quilibet, dum seipsum, suamque pro-  
 priam infirmitatem, & indispositionem  
 respicit, de sua gratia formidare, ac ti-  
 mere potest, cum nullus scire valeat  
 certitudine fidei, cui non potest subesse  
 falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1547.

CAPUT X.

*De acceptæ justificationis incremento.*

Sic ergo justificati, & amici Dei, ac  
 domestici facti, euntes de virtute in  
 virtutem, renovantur, ut Apostolus in-  
 quit, de die in diem, hoc est, mortifi-  
 cando membra carnis suæ, & exhiben-  
 do ea arma justitiæ in sanctificationem,  
 per observationem mandatorum Dei,  
 & Ecclesiæ, in ipsa justitia per Christi  
 gratiam accepta, cooperante fide bo-  
 nis operibus, crescunt, atque magis  
 justificantur: sicut scriptum est: *Qui ju-  
 stus est, justificetur adhuc.* Et iterum:  
*Ne verearis usque ad mortem justificari.* Et

*Eph. ix. 19.*

*Psal. 38. v. 8.*

*Coloss. 3. 5.*

*2. Cor. 4. 16.*

*Apoc. 22. 11.*

*Eccl. 18*

L 2

rursus:

Sæcul XVI rursus: *Videtur quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum.* Hoc  
 A.C. 1547. vero iustitiæ incrementum petit sancta  
 Jac. 2. v. 11. Ecclesia, cum orat: da nobis Domine,  
 Orat. Dom. fidei, spei, & charitatis augmentum.  
 post Pentec.

## CAPUT XI.

*De observatione mandatorum, deque illius necessitate, & possibilitate.*

Nemo autem, quamvis iustificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet, nemo temeraria illa, & a Patribus sub Anathemate prohibita voce uti, Dei præcepta homini iustificato ad observandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere, quod possis, & petere, quod non possis, & adjuvat, ut possis. Cujus mandata gravia non sunt, cuius jugum suave est, & onus leve. Qui enim sunt filii Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, servant sermones ejus: quod utique cum divino auxilio præstare possunt: licet enim in hac mortali vita, quantumvis sancti, & iusti in levia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti, nam justorum illa vox est, & humilis, & verax:

1. Joan. 3.  
v. 14.

Ibid. v. 3.

Matth. 11.  
30.

Joan. 14. 15.